+

Reverende in Chro Pater

P. C.

Scripsi ad Ram Vram ante duas hebdomadas, et nihil responsi accepi, rogo dignetur mihi Ra Vra significare an illas meas literas peruenerint, quia plurimum mihi interest scire quid in illo tractu ab hospitibus agatur tum ab Oriente, tum ab Aquilone. Modo mitto literas ad R Patrem Provincialem, quas Ra Vra dignetur dirigere in Postam Mohiloviensem. Nam R P Provincialis debet esse Mohiloviae, circa vigesimam diem Februarij, prout ad me scripsit nuper Polociâ. Hospites Orientales a Nobis omnes tandem abiuerunt. Aquilo hic timetur Successiuus Orienti.

Me SSmis Rae Vrae Sacrificijs et Oratis Commendo

Rae Vrae

Seruus in Chro
C. Lesiewski
SJ.

Vilnae 17 Febr. 1708

×

Reverendo Patri in Chrō,
Patri Antonio Brzostowski
Societatis JESU Residen=
tiæ Superiori

Missi
In absentia R. Patris Superioris
aperiat. R. P. Vicesagens